



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

3. De cacozelo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

tum. Cogito itaque apud me ipsum, unde tam multa mala collegeris, & quam longo tempore, & ubi denique conclusum habueris tantum examen absurdarum, ac distortarum vocum, quarum alias quidem ipse finxisti, alias autem defossas alicunde eruens: tantum conuivum unde quaque cogens, in me exhausti: Porro videris mihi neminem amicum, aut familiarem, aut beneuolum habere, neque etiam in virum liberum, & qui loquendi libertate vteretur, vnaquam incidisse, qui vera monendo, te quamprimum expediret, à morbo isto intercutaneo, quo quidem correptus es, & præ malo, illius periculum, ne disrumparis, sustines, Tibi autem bene sanus esse videris, & calamitatem istam, valetudinem censes, atque ab imperitis laudaris, qui morbum tuum ignorant, à doctis autem miseratione dignus existimaris.

Mox hominem committit Sosispoli medico, à quo vomitorio accepto, istam verborum sententiam egerit.

Hoc quidem remedium comicum est, & nihil ad sanitatem facit. Vnum autem præstantissimum, idemque vtilissimum erit, si qui eiusmodi dicendi genere delectantur, optimis auditoribus assuecant, à quibus, & moderatio, & styli affertur salubritas. Phauorinus Philosophus (vt ait Gellius) adolescenti veterum verborum cupidissimo, & perasque voces, nimis præscas, & ignotissimas in quotidianis, communibusque sermonibus expromenti, Curius, inquit, & Fabricius, & Coruncanus, antiquissimi viri nostri, & his antiquiores Horatij illi trigemini planè, ac dilucidè cum suis confabulati sunt: neque Auruncorum, & Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi incoleuisse Italiam dicuntur: sed ætatis suæ verbis loquuti sunt: Tu autem perinde, quasi cum matre Euandri loquare, sermone abhinc multis annis iam desito vteris, quod scire, atque intelligere neminem vis, quæ dicas. Nonne homo inepte, vt quoduis abude consequaris, taceres? sed antiquitatem tibi placere ais, quodd honesta, & bona, & sobria, & modesta sit. *Vine ergo moribus præteritis, l. quere verba præsentibus.* Et ita quidem possunt inflati sanari, si velint, quorum multi, plus habent furoris, sed plus etiam corporis. Semper autem ad sanitatem proclinius est, quod potest detractioe curari.

Remediū à Lucia inflatis procuratum. Aliud remedium. Styli inflati corrigendi remedium duplex. Gell. l. i. c. 19. Phauorini iudicium aduersus inflatos.

Senec. contr. l. 9.

De Cacozele.
CAPVT III.

Quæ sequuntur orationis vitia, cacozele, quæ frigidum, magnam habent cum inflato affinitatem, & nonnunquam inter se confunduntur, & differunt tamen non nihil. Atque vt de cacozele dicam obiter, quod plenius in tractatu de imitatione explicandum est, *Est Quid proua affectatio orationis, ducta ex errore vitiosa prae cacozele imitatione.* quod indicat Lucianus his verbis: *lum.*

κακοζήλια ἐστὶ τῶν ὑπερβαίνοντων τὸ μέτρον τὸν μιμήσεως, καὶ τῶν τῷ θεῷ ἐπιτείνοντων.

Itaque omne cacozele ferme tumidum est, aut frigidum, aut quid simile, non omne tamen tumidum, est cacozele, cum præsertim possit ex imitantis esse non expressum. Itaque, si quis apud Virgilium legens, sublatum à Turno *Saxum antiquum ingens*: hoc postea in alio argumento imitatus dicat fuisse *scopulum, cui capra etiam pascentes insidebant*, nescio quid nugarum, cum Græco poeta augatur, tunc sit prodigium illud imitationis, quod κοκὸς (κῆρυξ) nominant: Sic Lucianus, cum metamorphosin illam hominis in Asinum describit, concinnè admodum dicit:

καὶ οἱ δ' αὐτοὶ παύλας εἶχοντο, οὐκ οἶδ' ὅπως δυνάσας ἢ τοὺς πέντας ἴκασαρας εἶχον, ἢ τέτρας οὐδ' ἓν. ἄλλο ἢ ὁπλᾶς καὶ μοι αἱ χεῖρες, καὶ οἱ πόδες, κτήνης πόδες ἐγένοντο, καὶ τὰ ἄλλα ἢ μακρὰ, καὶ τὸ πρόσωπον μέγα.

At Apuleius non contentus hac lenitate sermonis; *Aures*, inquit, immodicè horripilant *audibus*, & cætera similia, quæ vastam, atque horridam faciunt orationem. Vis aliud cacozele exemplum præclarissimè expressum: Exat notissima de Parrhasio pictore historia, qui adolescentulum vnas ferentem, tanta ingenij, artisque subtilitate depinxit, vt aues imagine delusæ, aduolarent, rostrisque improbulis racemos appeterent; quanquam ille ingenio fastu opus suum damnauit, quod non videretur puer satis eximie depictus, vt quem aues aduolantes non timerent. Hoc cum legisset Spiridion Rhetor, voluit imitari. Quid agit? controuersiam illam agitabat, in qua Parrhasius dicitur miserum senem Olynthium seuerissimè cruciastè, vt ex eius ore, inter acerbissimos cruciatus æstuantis, Prometheus in

Cacozele ab inflato stylo discrimen.

Exempla cacozele.

Apul. met. l. 3.

Plin. l. 35. c. 10. Parrhasij pictoris indus.

Cancaso laniarum exprimeret, & hanc deinde tabulam in Mineræ templo consecrasse.

Spiridionis
cacozelia
in signis
Senec. in
Parrhasis
aontrono.

Spiridion, cum præstantissimi illius artificis manu, & exquisitissimæ tabellæ decus verbis commendaret, eod usque profectus est, ut diceret, ad hanc Parrhasij tabulam, cum esset in Parthenone posita, vultures vndique laniatum, cadauer ratos, frequentes aduolasse, quæ oratio, vt frigida, & *καυοφυδίας* nota perinsignis, ab omnibus, qui aderant, declamatoribus est excepta. Qui hæc enim poterat, vt vultures in celeberrimum istud Atheniense forum, cum esset vndique reatum, & clausum, aduolarent nisi forte putauit, vultures, templa in luce vrbium posita, non secus, ac passeret, & hirundines frequentate, atque in ea sese aliquando per foramina penetrare.

Quam multa similia quotidie admittuntur à pueris, qui cum aliquid legunt, aut audiuerint, statim in imitationem trahunt, id minime ponderantes, an res, quæ comparantur, similibus inter se adiunctis congruant. Ex quo fit, vt ab imitatione, qui plurimum iuuat, eorum formæque deberent, iudicij, & mentis penuria sæpissime deriuent errorem.

De Stylo Frigidis.

CAPVT IIII.

Demetr.
Phaler.
in ep. Ermut.

Frigidum quoque sæpe cum ipso cacozelo misceri, rectis est, vel hic Demetrii Phalerei locus.

Πολλάκις μὲν γὰρ τὸ μὲν διαόχημα αὐτὸ φυχρόντι ἔστι, ὡς τὸν ὀνομαζόμενον κακὸν ἄλογο. sæpe item frigidus est sensus, quem nunc cacozelum nominamus. Et Aristoteles in sua verba vocat *ψυχρὸν*. Longinus vero postquam de tumido, & puerili distertit, addit

Quid pro
prie frigidis.

ὅτι ἔστι ἢ ὡν εἰσὸν ἀποκρί, λέγει ἢ τὸ ψυχρὸν πᾶσις ὁ τίμα. Si tamen disquisitiis enucleare velimus, inueniemus frigidum, quod ab ipso Calsio annotatum est, esse magis circa nouos, hospites, & peregrinos sensus, quam circa tumorem verborum: frigidum autem appellatur, non quod languidum sit, & remissum (nihil enim ferme istis ingenijs, quæ hanc dicendi *ἡγεμονίαν* affectant, callidius) sed quod perniciosum quodlibet, & nocens temperaturæ, vt annotat Seruius ad Bucolica Virgilij, vocetur frigidum. Ita pari iure, quod

γοργίου
μικροῦ
ἰναοῦ
Dion. Hal.
in ep. ad
Pomp. Fri-
gori styli ab

styli optimam temperiem corrumpit, τὸ ψυχρὸν, translato à Medicis nomine, est appellatum. Aliter *γοργίου* nominatur, quod Gorgias sophista, multus in his sensibus fertur extitisse. Quamquam, quod Dionysius Longinus, & Hermogenes adeo exagitant, de *animatu*, *σοφιστρῶν*, non ita videtur absurdum. Aristophanes autem Comicus non modò frigus, sed & niues, stylo alicuius inepti poetæ in *περσας* commemorat his verbis:

pellatio.
γοργίου
frigida sty-
lia dicuntur.

Κατὰ τὴν ἐπιπέδου ὄψιν πολλῶν. Suidas, Suid. in *καμαρίων* αὐτὸν παρίησι τὴν ὠμίαν *ψυχρὸν* χιόνα τὰς τούτῳ ποίησεν ἀφαιρήθη.

Ex ijs autem, quæ dicta sunt, apparet stylium frigidum esse τὸν πρὸς ἀνεπίστατον, cum, qui in flatibus consistat sensibus nouis, & peregrinis, addo etiam *ψυχρὸν*. In flatibus resum, & verborum strepitus frigidus differtur solet, cum aliqua specie magnitudinis: Cacozelus in infelici, & arum nota imitatione coalescit: frigidus tortos, & violentos sensus, veluti nouatoris ingenij scæus, iudicij lumine orbatos egerit.

Exempla frigidi ex Plutarcho, & Cassio talia sunt. Natus est Alexander, ea ipsa nocte qua Dianæ Ephesæ templum in flama, & orbi terrarum admiranda substructione conflagrauit: Ex eo, cum de Alexandri laudibus diceret Hegesias, qui inter frigidis sophistas commemoratur à Longino. *Minime mirandum est*, inquit, si Diana templum tam graui incendio arserit: quippe Dea in ipso Olympiæ partu, quo Alexander editus est, obstetricandi laboribus, & curis distracta, ignem non valuit resistere.

Frigidi
empla.

Huius epiphonematis tantum esse frigidis, Plutarchus asseuerat, vt id ipsum, ad Ephesij templi incendium restinguendum, satis validum fuisse videatur.

Festus di-
sum in
Diana E-
phesie in-
cendium.

Ἡγεσίας ὁ Μάρτυς ἐπιπέδου ἔθηκεν ἐπιπέδου κατὰ σέβασαι τὴν πορκατὰν κείνην ὑπὸ ψυχρῶν διωαλέων εἰκότως γὰρ ἐπὶ καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν, τὸ Ἀρτέμιδι ἀσχολομένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μίσησιν.

Plutarc. in
Alex.

Alterum exemplum profertur è Cassio Longino, quod sumptum est ex Timæo. Quippe hic Alexandrum magnis laudibus efferens, cum Isocrate comparat, & vehementer commēdat, quod paucioribus annis Asiam subegerit, quam vnâ oratione Penegyricam scripserit Isocrates. Hic Criticus denidens exclamati

Alexander
cum Isocra-
te compara-
tione iudicando.

